



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

Si cuius vxor constuprata fuerit, & propterea maritus perdere illam  
machinauerit. lxxiii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

*De coniugatis, qui aliqua certa re discidiū fecerint,  
vt innupti maneant.* Cap. LXXI

**A**postolus Paulus dicit, his qui sunt in coniugio præci- *Ex dictis*  
A pio non ego, sed dominus, vxorē à viro nō discedere. *Augusti.*  
Quod si discesserit, manere innuptam, aut viro suo recon-  
ciliari. Potest enim fieri vt discedat ea causa qua dominus  
permisit, aut si fœminæ licet virum dimittere etiam pro-  
pter causam fornicationis, quid respōdebimus de hoc quod  
dicit posterius, & vir vxorem non dimittat? Quare non ad-  
didit excepta causa fornicationis, quod dñs permittit: nisi  
quia similem formā vult intelligi, vt si dimiserit quod causa  
fornicationis permittitur, maneat sine vxore, aut recōciliat-  
tur vxori? Et post pauca: Dominus autem permisit causa for-  
nicationis vxorem dimitti, sed quia permisit, non iussit.

*De illis qui interueniente repudio, aliis se in matrimo-  
nio copulauerint.* Cap. LXXII.

**D**e his etiam requisuit dilectio tua, qui interueniente *Ex decr.*  
repudio aliis se matrimonio copulauerunt, quos in *Innocētii*  
vraque parte adulteros esse manifestum est. Qui verò vel *pa.ca.26*  
vxore viuente, quamvis dissociatū esse videatur coniugium,  
ad aliam copulam festinarunt, neque possunt adulteri non  
videri, in tantū vt hæ etiam personæ quibus tales coniuncti  
sunt, etiam ipse adulterium commissse videantur, secundum  
illud quod legimus in Euāgelio: Qui dimiserit vxorē suam,  
& duxerit aliam, māchatur. Et ideo omnes à communione  
fidelium abstinentos. De parentibus autem aut propinquis  
eorum nihil tale statui potest, nisi si incentores illiciti con-  
sortii fuisse videantur.

*Si cuius vxor constuprata fuerit, & propterea maritus  
perdere illā machinauerit.* Cap. LXXIII.

**S**i cuius vxor constuprata fuerit, & propterea maritus ca-  
spitali sententia delere illam machinauerit, ipsa verò vr *Ex cōcil.*  
gente mortis periculo, ad episcopum cōfugerit, & auxilium *Triburie*  
qua sierit, operosiori tamen si potest episcopus labore desu- *si, ca. 46*  
det ne occidatur: si vero non potest, nullo modo liceat ei  
requirenti eam reddere ad occidēdum, quæ se ei obtulit ad  
defendendum: Sed solerti cura transmittat eam ad locum  
quem ipsa delegerit, vt secura possit viuere. Si vero interdū  
maritus eam inuenerit, & reperierit, secundū seculum po-  
testatem habuerit quid ei agere velit. Sed audiat S. Augu-

D. BVRCHARDI EPIS .VVORMAC

stimum dicentem : Cùm enim vir à virtute nomen accipit & mulier à mollicie, id est, fragilitate, quare contra crudelissimam libidinis bestiā vult unusquisque vxorem suam ad viētricem, cùm ipse ad primum libidinis iustum vietus cadat. Nam quicquid contra fidem catholicam non licet mulieribus nec viris licebit. Si autem eandem mulier timore perterrita , à loco vbi eam episcopus destinauit aufugietur, vir eius ab episcopo semel, aut bis, vel sèpius repetientur, si vitam ei obtinere possit, perquirat, & reddat : si autem non nino nō reddat. Maritus vero quām diu ipsa vivat, nullum dolo alteram ducat.

*De eo si quis cum uxore alterius vivete eo fornicatus fuerit. Cap. LXXIII.*

*Ex cōcil. apud Ath. ha  
bito, præsente Conrado  
rege, c.5.*

Illiud verò communi decreto secundum canonum institutum synodum, & præiudicamus, ut si quis cum uxore alterius, vbi in viuente eo fornicatus fuerit, moriente marito synodali iudicio aditus ei claudatur illicitus, ne ulterius ei coniungatur matrimonio, quam prius polluit adulterio. Non mus enim nec Christianæ religioni conuenit, ut illudcat in coniugium, quam prius polluit per adulterium.

*De ingenuo qui ingenuam acceperit uxorem, & postea seruum se fecerit. Cap. LXXV.*

*Ex cōcil. Tribur. cui inter- fuit rex Arnol- phus, c.8*

P erlatum est ad sanctam synodum quod quidam ingenuum acceperit uxorem, & post filiorum procreationem occasione diuortij cuiusdam seruum se fecerit, trum necessariò mulierem tenere debeat, & si tenuerit, trum illa quoque secundum secularem legem seruum subiici debeat. Iudicatum est uxorem minime debere dimitti non tamen ob Christi legem mulierem in seruitutem digi, dum ille non ex consensu coniugis se seruum fecerit, quem liberum, ipsa maritum accepit.

*De illis conjugatis quorum leges diuersæ sunt.*

*Caput. LXXVI.*

*Ex eodē cap. 15.*

D e Francia nobilis quidam homo nobilem de Saxonum lege duxit uxorem. Tenuit multis annis, & ex ea filios procreauit. Verum quia non iisdem tuntur legibus Saxones & Fratci, causatus est quod eum non sua, id est, Francorum lege despousauerit, vel ceperit, aut dorauerit : dimissaque illa, duxit alteram. Definiuit super hoc sancta synodus, ut ille transgreditor